

VIII. Non omittendum & illud est, quod jus cudendi monetam, etsi probam & legitimam, privato non concedi, neque per contractum locationis- conductionis: Emtionis- venditionis, vel alium quendam contractum communicari debeat. *R. J. de Ao. 1551. §.* So haben wir uns auch. Quod Edictum Caroli V. in nova Sanctione monetali Ferdinandi I. Augustæ Vindelicorum *Ao. 1559. §.* Ferner als sich auch erfinden thut. &c. promulgata repetitum, & istis Imperii Constitutionibus Jus istud regale monetam cudendi omni prorsus commercio exemptum est, & quidem ob facilem abusum, qui existius concessione oriri posset. *Harprecht. ad §. 7. n. 49. Instit. de publ. Judic. p. 1350.*

Tantum IX. & verbô monendum est, quo hujus criminis de falsa moneta accusatio tam favorabilis sit, ut accusator, si non probat, quod intendit, verisimiles tamen rationes profert, de calumnia minimè teneatur. *L. 1. C. de falsa moneta. R. J. zu Augspurg. de Anno 1559. §.* So ferne aber der Angeber. Et si delictum istud probaverit esse verum, tum tertiam partem multæ, si ea delinquenti poterit irrogari, consequitur. Imò, qui socios delicti prodit, is planè impunitatem consequitur. *l. 1. C. de falsa Moneta. L. 5. §. fin. C. ad L. Jul. Majest. Vide Alemann. in Consult. 2. qu. 14. p. 923. & 924. Palast. Consult.*

## ARTIC. CXII.

*Pæna eorum, qui falsa instrumenta, sigilla, literas, libros reddituum, rationes publicas accepti, & expensi tabulas, indices falsos, falsa inventaria, chirographa conficiunt.*

Straff derjenigen / so falsch Siegel / Brieff / Urbar / Renth / oder Zins- Bücher / oder Register machen.

**W**elche falsch Siegel / Brieff / Instrument / Urbar / Renth oder Zins- Bücher / oder Register machen / die sollen an Leib und Leben / nach dem die Fälschung viel oder wenig / böshafftig / und schädlich geschicht / nach Rath der Verständigen / oder sonst / als zu End dieser Ordnung vermeldet / peinlich gestrafft werden.

AD